Ea igitur pars, quam ut equidem opinor sexto volumini destinaverat alteram, deest, sed constat voluisse Galenum eam componere. Quod consilium cum in posterius distulisset, ut saltem ad finem quendam perduceret opus suum, coactus est oeconomiam eius mutare: senibus concessit quintum librum, adiunxit excitatus studiis suis in opere de rat. m. denuo positis novam partem, sextum librum vitiosis naturis reservavit. Nec vero ei contigit, ut omnia mutationis vestigia tolleret atque exstingueret.

Habes igitur meum et de quinto et de sexto *Ὑγιεινῶν* libro iudicium, quod aut sequere aut tuo stabis, si aliud est quoddam tuum.

II. De codicum Graecorum auctoritate ac fide.

A. De sententiarum ordine perturbato.

Postquam multo ante sensi sententiarum ordinem in libro quinto perturbatum esse, cum ipse mihi diffiderem ratus tam gravem corruptelam tam multorum tamque doctorum virorum oculos ac mentes fugere non potuisse, rem cum Carolo Kalbfleisch communicavi, viro de Galeno restituendo insigni laude promerito; qui quamquam et suis et discentium studiis occupatus erat, tamen in hanc quaestionem benigne morem mihi gerens diligentissime incubuit. Suasit autem mihi per litteras vir doctissimus, ut num quo in codice Graeco melioris ordinis vestigia detegi possent prius examinarem. Qua in re quoniam equidem tiro ac rudis adhuc versatus eram, quantum debeam viro bibliothecarum codicumque in bibliothecis repositorum peritissimo, grato animo confiteor semperque confitebor. Ac primum quidem tabulas photographicas antiquissimi quantum scio codicis Veneti n. 276 s. XII efficiendas curavi, non totius, ut id moneam, codicis, sed quinti libri, fol. 46ᵛ—57ᵛ. Continent singulae paginae plus minusve tricenos versus, columnae non sunt, compendia plurima. Hunc codicem cum textu, qui exstat in editione Kuehniana, cum contulissem, animadverti eum permultis locis ab illius verbis recedere. Qui quamquam ipse non paucis erroribus inquinatus est, tamen centies conservavit veram scripturam, quin etiam sincerum sententiarum ordinem, qualem supra exposui, exhibet.[1]) Nam quanto putas gaudio me vidisse fere omnia, quae cogitatione inveneram, huius codicis fide esse confirmata, nisi quod epilogum illum transpositum volui, quem cum in codice quoque extremo loco collocatum vidissem, maxime incitatus sum, ut denuo sententiarum ordinem examinarem. Ut autem id primum absolvam, quod ad perturbatum in ceteris omnibus codicibus Graecis ordinem pertinet: fol. 49ʳ legis haec: *ἐφεξῆς δὲ περίπατοί τε καὶ αἰωρήσεις ἄκοποι στοχαζομένῳ τῆς τοῦ γέροντος δυνάμεως* (= K. p. 321)· *οὐ γὰρ μικρά τίς ἐστιν αὐτοῖς διαφορὰ κ. τ. λ.* (= K. p. 329). Nec vero multum afuisse, quin ne huius quidem codicis fides integra intactaque maneret, inde apparet, quod in margine adscripta videmus haec verba: *τὸ λεῖπ(ον)* [corr. ex *λείπ(ει)*] *ὧδε ἔμπροσθεν ἐστὶ τεσσάρων φύλλων.* Ac re vera quattuor foliis evolutis ad eum locum nos pervenisse sentimus, quo illa pars de senum exercitationibus inserenda est; et in nostro quidem codice adest illa omniaque recte se habent et procul a reprehensione, nisi quod idem qui antea scriba — vix est monendum alterius, non qui codicem scripserit esse manum — in margine annotavit: *τὸ λεῖπον ὄπισθεν τῶν τεσσάρων φύλλων ὧδε ἐστίν.* Ille igitur procul dubio duos ante oculos habebat codices, quorum alter pravum exhibebat ordinem, alter i. e. noster integrum. Nec tamen nostro codici fidem attribuit iste, sed id spectans, ut lectoribus codicis ut ipse putabat corrupti indicaret rectum ordinem, in margine qualis melioris ut ipse putabat codicis ordo esset adscripsit. Quin ubi ea pars, de qua lis est, ad finem pervenit, tertia in margine legitur annotatio: *ἕως ὧδε τὸ λεῖπον ὄπισθεν.* i. e. ea, quae ante desiderantur, usque ad hunc locum pertinent. —

[1]) Rem paucis promulgavi, Berl. phil. W. 1910, n. 52 p. 1656.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Itâ igitur res se habet in antiquissimo codice; in reliquis omnibus vestigia melioris ordinis nulla reperiuntur. Translationum autem latinarum, quae quidem mediae sint aetatis, altera eaque vetustior a Burgundione iudice Pisano facta pravum exhibet ordinem, altera, quam Nicolao Regino debemus, sincerum. De quibus cum in animo sit paulo accuratius agere infra, hoc loco satis habeo hoc unum annotavisse Burgundionis translationem excerptis tantummodo constare. Ac renatis quidem litteris Linacer Anglus Galeni *Ὑγιεινά* latinitate donavit; nec vero apud ipsum nec apud eos, qui codicibus Graecis inspectis Linacri operi emendando ac perpoliendo operam navarunt velut Leonhartus Fuchsius, Hieronymus Donzellinus aliique, ullam sinceri ordinis memoriam exstare testor.[1])

Quibus praemonitis deteriorum primum codicum Graecorum fidem et auctoritatem liceat tentare. Nec enim iuvat nos de monte descendentes videre aquas montanas sordidis rivulis inquinari; magis gaudebimus, cum quo altius ascenderimus, eo puriores sentiemus fluere fontes et ab illuvie integriores.

B. De codicibus Parisino 2172 et Lipsiensi 50.

Codices graeci, qui quidem quintum librum contineant integrum, exstant hodie quinque:

Ven. V	Venetus 276 s. XII.
Marc. M	Venetus 282 s. XV.
R	Reginensis 173 s. XV.
P	Parisinus 2172 s. XVI.
L	Lipsiensis 50 s. XVI.

Ac primum quidem excusso iam Veneto 276 in manus meas incidit Lipsiensis, quem ut in bibliothecae nostrae membro quodam inspicerem ab iis, qui bibliothecae universitatis Lipsiensis praefecti sunt, liberalissime concessum est. Est autem ille chartaceus continetque fol. 1—131 libros *περὶ τῶν πεπονθότων τόπων* sex, inde ab fol. 132ʳ—260ʳ *Ὑγιεινῶν* libros sex.[2]) Quem codicem cum accuratius conferre coepissem, multo sudore fore indignum mox mihi persuasi; nam hiant lacunae, insunt mendosae scripturae plurimae et stulti orthographici errores. Quare satis habui lacunas, quas quidem animadvertissem, denotavisse omnes, mendorum autem delectum fecisse. At contra ubicunque in lectionem aliquam incideram, quae, cum nec in Veneto nec apud Kuehnium exstaret, novi aliquid afferre videretur, diligentissime depingere studebam.

Multo post Parisini quintum librum et sextum, hunc ut opinatus sum photographi errore non integrum, arte photographica expressos accepi. Comparatione facta primum in hanc sententiam incidi esse Parisinum Lipsiensis gemellum; nec enim inveni ullum mendum in Parisino, quod idem non esset in Lipsiensi; deinde autem, cum quasdam Lipsiensis lacunas e Parisino facile explicari posse
P > L observassem, mihi persuasi Lipsiensem esse Parisini apographon. Quae sententia eo quoque videtur confirmari, quod tum, cum Lipsiensis praesto mihi erat, mihi annotavi haec: fol. 235ᵛ incipit liber sextus, fol. 241ʳ possis credere librum esse absolutum; nam vacua sunt relicta 241ᵛ—242ᵛ; sed fol. 243ʳ repetito eodem loco, qui fol. 241ʳ extremus legitur, continuatur textus usque ad finem. Ea autem verba, quae repetita esse in Lipsiensi dixi, inveniuntur apud K. p. 401, 17—402, 11. Iam quoniam vidi Parisinum dici esse in fine mutilatum, cum in rem inquisivissem, sensi eo ipso loco abrumpi orationem (402, 10 s.: *περὶ ὧν τῆς ἰδέας ἔμπροσθεν εἴρηται κατὰ τὸν περὶ τῶν κόπων λόγον*).

---

[1]) Vestigium fere exstinctum nuperrime indagavi. In Caspari Hofmanni interpretatione *Ὑγιεινῶν* latina, quae inscribitur Vita medica — prodiit illa Francf. a. 1680 curante Seb. Scheffero (cf. Ackerm. H. l. I, CXXXVI) — translato illo enuntiato p. 321, 10, leguntur p. 106 haec: '*Quae sequuntur, deserta sunt apud me*'. Usus est ille — sic intellego — codice aliquo, in quo, quippe cum librarius in contextu offendisset lacunamque statuendam esse coniecisset, nonnullae paginae vacabant litteris. (De C. Hofmanno eiusque studiis in Galeni opera emendanda et exornanda collatis, confer Ackerm. H. l. I, CCLXI ss.).

[2]) cf. Gardthausen, Handschriften der Universitätsbibliothek zu Leipzig III p. 71.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quae cum ita sint, puto procul esse dubio, quin Lipsiensis apographon Parisini ipsius sit, et videndum erit, ex quo fonte Lipsiensis reliquam sexti libri partem hauserit. Sed haec quidem res, quippe quae a nostro officio aliena esse videatur, mittatur in praesentia; nec vero quo melius faciliusque de utriusque codicis indole et usu iudicari possit, desistere mihi licet lacunas denotare et ex mendosarum scripturarum farragine nonnulla oculis supponere. Ac lacunarum exempla haec affero: aberraverunt scribae oculi ab (312, 2) *τε καὶ μαλακίαν* ad (312, 3) *τε καὶ μεθ' ἡμέραν*, ab (330, 5) *τῶν ἀνακομιζομένων* ad (330, 6) *τῶν νεοτέρων* (sic), ab (351, 9) *τῶν ἀγρίων* ad (351, 10) *τῶν προσφάτων*, ab (360, 6) *ὥσπερ εἰ* ad (360, 7) *ὥσπερ δέ*, ab (377, 15) *εὔκρατός ἐστιν* ad (377, 18) *εὔκρατός ἐστιν*.

Sunt autem in Lipsiensi nonnullae lacunae, quae non sunt in Parisino:

P	L
319, 2 *τὸ δ' ὑπολειπόμενον* (K. *ἀπολειπόμενον*) *τοῦ δε γινώσκειν μέν σε χρὴ διὰ τρεῖς αἰτίας ἀπολειπόμενον· ἢ ὅτι κακῶς . . .*	*τὸ δ' ὑπολειπόμενον ἢ ὅτι κακῶς κ. τ. λ.*

In Parisino casu factum est, ut verba sic collocata videas: *ὑπολειπόμενον* / *ἀπολειπόμενον*, facile igitur fieri poterat, ut scribae oculi aberrarent.

P	L
330, 1 . . . *ἀνατρέφειν τὸ σῶμα πυκναῖς καὶ βραχείαις τροφαῖς, ἐπὶ δὲ ἰσχυρᾶς ἀραιαῖς καὶ πολλαῖς. εἰπεῖν μὲν οὖν καὶ ταῦτα καὶ τἄλλα ῥᾷστον.*	*ἀνατρέφειν τὸ σῶμα πυκναῖς εἰπεῖν κ. τ. λ.*

Iterum facile perspicimus, quo casu scriba codicis L in errorem inductus sit; nam in Parisino *πυκναῖς* in altero versu, in altero *πολλαῖς* (*πυκναῖς* / *πολλαῖς*) primum locum tenet. Similitudine igitur verborum deceptus ille ad falsum versum delapsus est.

Sufficiant haec de lacunis. Nunc quamvis tetrum sit, mendosarum scripturarum spicilegium hoc oculis supponere liceat:

K	PL
307, 17: *νοσεῖν*	*ὁσεῖν*
308, 16: *ὑπουργοῦντες*	*ὑπουργοῦνταις* (sic)
331, 3: *προσηκόντως*	*προσηκώντος*
333, 17: *ἠλείφετο*	*εἰλήφετο*
341, 7: *ἐκφραττόντων*	*ἐμττόντων*
342, 3: *ἐπαινουμένην*	*ἐρ παι νου μένην* (sic)
345, 8: *ὦσι*	*ὦ σοι*

Ex hoc mendorum consensu sequitur, ut ambo codices angustissimo vinculo cohaereant. Atqui in Lipsiensi ad ea, quae communia sunt utriusque codicis, accedunt alia nonnulla menda, quae enumerare longum est. Quare si memineris eodem loco, quo Parisini scriba calamum deposuit, in Lipsiensi inveniri folia vacua, concedes mihi hunc esse illius apographon.

C. De ratione, quae intercedit inter Parisinum et Reginensem.

Forsitan mireris nullam adhuc ex Parisino allatam esse lectionem, quae comprobari possit. Sed ille, quidquid boni rectique habet, debet Reginensi, cuius mea quidem sententia est apographon. R > P
Quin etiam Aldina, quam anno 1525 in lucem prodisse verisimile est, ex Reginensi tanquam ex fonte videtur hausisse. Reginensis quinti libri plagulas arte photographica expressas ut mihi compararem, praefectum bibliothecae Vaticanae, patrem maxime reverendum Ehrle per litteras adii; qui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

roganti mihi tanta cum facilitate morem gessit, ut quantam viro humanissimo gratiam debeam, hoc quoque loco lubenti animo profitear.

Litterulas huius codicis si oculis percurreris, suspicaberis esse minus elaboratas ac pictas quam exercitata celerique manu proiectas. Interdum fit, ut verborum singula membra paulo latius distent; eadem in Parisino prorsus distracta esse solent; interdum primo obtutu periculum est, ne η pro ε, ο pro ω legas; utrum ἐγίνετο an ἐγένετο intellectum voluerit scriba, saepius non facile distinguas; quibus rebus non solum Parisini scribam, sed etiam Aldinae editores haud raro deceptos esse animadvertes. At cave putes illum Reginensem sine ulla diligentia esse descriptum, immo vix in unam incides lacunam, et scribae consuetudinem cum primum perspectam habebis, litterulis eius lepidis gaudebis. Correctiones saepius deprenduntur; plurimae eadem manu factae videntur, paucae ab altera, nisi fallor. Nonnullae vitiosae scripturae in margine emendantur; ibidem multis locis legitur *σημείωσαι*, aliis linea anguinea significatur textum sive librario ipsi sive lectori nescio cui vel suspectum vel parum perspicuum vel etiam cognitione dignissimum visum esse.

Quibus praemonitis primum videamus, quibus argumentis conici possit Parisinum ex Reginensi ipso fluxisse. Atque id quidem supra diximus, quae non mendosa esse viderentur in Parisino, ea exstare in Reginensi omnia. Contra easdem, quas Reginensis exhibet mendosas scripturas, indagare possumus in Parisino. Eiusmodi loci sunt:

Galeni verba:	R P
311, 8: *μέχρι γήρως ἐσχάτου*	*μ. γήρους ε.*
313, 2: *μεταβησόμεθα*	*μεταβήσομεν*
318, 6: *ταῦτ' οὖν ἐπισκεπτόμενος*	*ταῦτα τέ οὖν βίον σκεπτόμενος*
319, 17: *εὐδέμεναι*	*εὕδοι μέν*
329, 14: *τοὺς δ' ἰσχυροτέρους*	*τοὺς δ' ἰσχυρότερον*
334, 9: *μύσιος*	*μύτιος*
325, 1: *δίσκων βολαὶ*	*δίσκω* (*δισκω* P) *βολαὶ*
344, 2: *καί ποτε ἥψει*	*καί ποτε καί ποτε ἥψει*
344, 18: *οἶδα καί τινα*	*οἶδα κατά τινα*
346, 15: *εἰ τούτου χρεία*	*ἡ* supra *εἰ* R *ἡ* P *τούτου χρεία*
351, 9: *μόρα*	*μόρια*
354, 13: *ὅτι μὴ μεγάλης ἀνάγκης καταλαβούσης*	*ὅτι μετὰ μεγάλης κ. τ. λ.*

Correctiones in Reginensi adhibitae respici solent a Parisini librario, velut 307, 7: *ἐ φυλλάξαμεν* (sic) R *φυλάξαμεν* P. Augmentum igitur paulo latiore spatio a verbo distans neglegentia praeteriit, correctionem bene observavit. Praeterea haec collegi exempla:

R	P
308, 7: *διὰ κόπους καί τινας* (*δή*)	*διὰ κόπους δή τινας*
311, 16: *ἀπονίζοντος* (*τ*)	*ἀτονίζοντος*
312, 4: *ὑποδημάτων* corr. in *ὑποδημίων*	*ὑποδημίων*
313, 14: *αὐξανομένοις*	*αὐξομένοις*
320, 8: *αἱ μὲν οὖν μεγάλαι φλόγες·* in m.: *φλέβες*	*αἱ μὲν οὖν μεγάλαι φλέβαις* (sic!)
322, 7: *παρ οὗ* (*περὶ*)	*περὶ οὗ*
322, 10: *ἔνθα γήρᾳ* (*οὕτως ἐν*)	*οὕτως ἐν γήρᾳ*
325, 18: *κατασκευὴ πάντα·* in marg.: *κατασκύπτοντα*	*κατασκύπτοντα.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sunt tamen nonnullae correctiones Reginensis, quae in Parisino sive neglegentia sive alia de causa respectae non sunt: 312, 10: *ἄρξασθαι δέ μοι που δίκαιον ἂν ἦν*, in marg. *δεικνύειν* R, *ἄρξασθαι δέ μοι πολύ δίκαιον ἂν ἦν* P. 317, 10: *ἢ ἀραιότητα τοῦ σώματος*. Correxit *ἀραιοτέρα* in *ἀραιότητα* R supra *ε* acuto deleto; pravam lectionem retinuit P. 337, 5: *καὶ δέονται θρέψεως περιττοτέρας* K *περιττότερον* R, in margine linea anguinea, qua ut puto textum ambiguum esse indicatur. Exstant igitur duae lectiones, scripsit P *περιττοτέρας*. 364, 2: *μὴ διελομένων* K, correxit *διελομένων* accentu mutato R, fuit antea *διελόμενον*, parum intellexit totum locum librarius Parisini misereque tractavit scribens *δι ἑλομ(εν)*. 365, 12: *τὰ κατὰ μέρος ἅπαντα* K, *τῶν κ. μ. ἁπάντων* aliquando R, quam scripturam mutavit quidem librarius, sed accentum movere omisit. Nec igitur satis dilucida erat correctio; exhibet P: *τὰ κατὰ μέρος ἁπάντων*. Unus restat locus, de quo certum iudicium fieri nequit: 349, 10: *μεταφέρειν γε δυναμένων* K, *μεταφέρειν γέ μόνα* R. Rectam scripturam praebet P. Ac signo quidem: ‚quod in R adhibitum videmus, delegari solent ad emendationem aliquam in margine positam lectores; nec vero ibi invenitur quidquam. Unde igitur hauserit lectionem non reprehendendam Parisini librarius? Nam parum probabile videtur istum coniectura verum invenisse. Verisimilius est correctionem in Reginensi exstare quidem, sed scriptam in extremo margine ideoque redditam non esse in tabula photographica. Videant, quibus potestas erit codicis ipsius inspiciendi!

Iam videamus, num alio argumentorum genere usi ad liquidum confessumque perducere possimus Parisini librarium Reginensi ipso fonte usum esse. Accidit autem illi aliquotiens, ut oculos, cum a verbis modo conscriptis redirent ad verba describenda, converteret quidem ad singulorum versuum rectum locum — nam memoria tenebat, quo loco legere desiisset — non ad rectum versum ipsum; quo errore percepto iterata verba delenda curavit. Quos locos si examinaverimus, facile cognoscemus Parisini librarium talem, qualis esset Reginensis, librum ante oculos habuisse, cui triceni haud dubie in singulis paginis essent versus aeque verbis atque in Reginensi in singulos versus dispertitis. Atque haec collegimus exempla:

312, 6: *τούτων ἁπάντων ἢ ἀκολασίαν ἢ ἄγνοιαν ἢ ἀμφοτέρας ἀναγκαῖον αἰτιᾶσθαι, ἀλλὰ τὴν μὲν ἀκολασίαν κ. τ. λ.* R

τὴν μὲν ἀκολασίαν, ἢ ἄγνοιαν ἢ ἀμφωτέρας ἀναγκαῖ — ον αἰτιᾶσθαι· ἀλλά P

335, 14: *δύναιτο δ' ἂν καὶ ξανθὸν ὀνομάζειν αὐτόν· ἀγαθὸς δὲ καὶ ὁ ὠχρός, ἐν τῷ μέσῳ καθεστὼς ξανθοῦ τε καὶ λευκοῦ* R

δύναιτο δ' ἂν καὶ ξανθὸν ὀνομάζειν αὐτόν· ἀγαθὸς δὲ καὶ ὁ ὠχρὸς ἐν τῷ μέσῳ καθεστὼς ξανθοῦ ὀνομάζειν αὐτόν· ἀγαθὸς τὲ καὶ λευκοῦ P.

Simili errore videtur mira orta esse lectio in P exstans (325, 4). Nam in Reginensi verba exstant hac in collocatione:

fol. 319ʳ l. 6 *ἅπαν μὲν εἶδος . . .*
„ „ l. 7 *ἀπείργει σκοπῶν* (exitus *ει* ligatura litterae *α* non dissimili redditus est)
ἀπειργασμένον ἀπείργει σκοπῶν P.

Legit ille pro *ει* diphthongo ligatura expressa litteram *α*, quacum *σ* ex vocabulo *σκοπῶν* coniunxit, nec enim perspexit sibi cum duobus vocabulis rem esse, deinde incidit in superiorem versum, ex quo *-μένον* — sic enim legit pro *μέν* — deprompsit nec errore cognito falsa delevit.

His fere causis mihi quidem constat Parisinum ex ipso Reginensi fluxisse; idcirco censeo illum ad textum restituendum nullius momenti esse.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

D. De ratione, quae intercedit inter Aldinam et Reginensem.

R > a Iam demonstrandum est Aldinae editores Reginensi editionis suae fundamento usos esse. Quod ita ostendere conabimur, ut omissis mendosis scripturis, quae eaedem aut in Veneto V aut in Marciano M leguntur, ea tantum proferamus menda, quae aut communia sunt Reginensis et Aldinae, aut etsi huius sunt propria, tamen ex Reginensi parum recte accepto videntur fluxisse. Nec enim necesse est de Parisino etiam nunc laborare, quoniam luce clarius est, nec ex Parisino Aldinam nec Parisinum ex Aldina esse descriptum. Collegimus haec exempla:

	Galenus	R	Ald.
307, 9:	*εἰ μήτε [δὴ] τάς*	*εἰ μή δὲ* (sic) *τάς*	*εἰ μήτε δὲ τάς*
308, 7:	*διὰ κόπους δή τινας*	*δ. κ. καί τινας* (*δή*)	*δ. κ. δέ τινας*

καί delendum esse linea supposita significatur; nec vero facile distinxeris, utrum *δή* an *δέ* suprascriptum voluerit librarius.

310, 17:	*τῆς τέχνης ταύτης ἔστιν ἔργα*	*τ. τ. ταῦτ' ἐστὶν ἔργα*	item
311, 8:	*μέχρι γήρως*	*μ. γήρους*	item
311, 10:	*ἀρίστης φύσεως τυχόντα*	*ἀ. φ. ταῦτα*	item
312, 4:	*ὑπὸ δημίων*	*ὑποδημάτων* corr. in *-ίων*	*ὑποδημίων*
312, 10:	*ἄρξασθαι δὲ δήπου δίκαιον ἂν εἴη*	*ἄρξασθαι δέ μοι που δίκαιον* (i. m. *δεικνύειν*) *ἂν ἦν.*	*ἄρξασθαι δέ μοι που δεικνύειν ἂν ἦν*

Nec igitur dubitaverunt in textum recipere Aldinae editores, quod in margine adscriptum viderunt.

315, 11:	*ἢ ἠγρύπνησεν*	*ἢ ὑγρύπνησεν*	item
318, 6:	*ταῦτ' οὖν ἐπισκεπτόμενος*	*ταῦτα τε οὖν βίον σκεπτόμενος*	item
320, 3:	*κινδυνευούσης αὐτοῖς*	*κ. αὐτῆς*	item
320, 5:	*ἡσυχίας δεόμεναι*	item	*ἡ. δεόμενη* (sic!)

Reginensis librarius nisi fallor scripserat *δεόμενοι*, voluit ex littera *ο* efficere *α*, nec vero ei contigit, ut correctionem satis luculenter conficeret; nam exorta est forma litterae *η* non dissimilis. Hac forma puto deceptos esse Aldinae editores, quos ne accentum quidem movendum curavisse iure mireris.

320, 6:	*παντελοῦς ἡσυχίας*	item, sed ligatura fit, ut pro diphthongo facile legas *α*	*παντελᾶς ἡσυχίας*
321, 9:	*ὀνίνανται*	*ὠνίνανται*	item

326, 5: Vera huius loci scriptura exstat et in Veneto V et in Marciano M: *ὅπως δὲ καὶ διὰ παραδείγματος ὁ λόγος ᾖ σαφής* Ven.V Marc.M; *ὅπερ δὲ καὶ διὰ παραδείγματος ὁ λόγος ᾖ σαφής* R Ald.; *ὅπερ δὲ καὶ διὰ παραδείγματος, ἵνα μᾶλλον ᾖ σαφής* Chart. K.

328, 12: *ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς εἰρημένην χρῆσιν τῶν βοηθημάτων ἰέναι* Ven.V; omittit *εἰρημένην* M; *ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς χρὴ χρῆσιν τ. β. ἰέναι* R Ald.

332, 10: *ἐπ' ὀχήματος* Ven.V Marc.M; *ἐπ' ὀχήματι* R, sed correctum ex *ὀχήματος;* quam correctionem male intellexerunt Aldinae editores exhibentes *ὄχημα τι*

335, 17: *μίξαι* R *μήξαι* Ald., quae scriptura non, ut quispiam dixerit, debetur itacismo, qui vocatur, immo in Reginensi altera lineola litterae *μ* ita cum littera *ι* coniuncta est, ut nisi diligenter rem inspexeris, facile opineris exstare in codice ipso *μήξαι*.

Eiusmodi igitur exemplis, quorum facile augeri potest numerus, adducor, ut existimem Aldinam ex Reginensi ipso fluxisse; sunt sane menda quaedam Reginensis, quae emendata leguntur in Aldina; quis miretur? Alia exstant, quae mirum in modum in Aldina corrupta legantur, velut 315, 15 additum est *μαλακή*, quod verbum nullo in codice hoc loco invenies. Maxime autem subit mirari, quid hoc loco (358, 3) somniaverint Aldinae editores; nam in omnibus codicibus legitur: *ἐὰν ἐκμάθῃ*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

τὰς ὑγραινούσας ⟨*τε* Ven. V⟩ *καὶ θερμαινούσας ὕλας τῶν βοηθημάτων*, in Aldina: *ἐὰν ἐκμάθῃ τὰς ὑγραινούσας ὕλας καὶ θερμασίας τ. β.* Metuo ne is, qui hoc loco textum mutaverit, prava doctrina perductus Galeni verba in peius converterit. Sed hanc rem mittamus rati ne operae quidem pretium esse de editorum apertis erroribus quaestionem habere.

E. De Reginensis R fontibus et usu.

Iam constare mihi videtur et Parisinum et Aldinam ex Reginensi ipso fluxisse. Quae cum ita esse videantur, cum nec Basileensis nec Charteriana, rem omnem si spectaveris, meliorem exhibeat textum, Reginensis pro vulgatae quae dicitur scripturae archetypo habendus est. Iam vero ut de illius codicis ad textum restituendum usu iudicare possimus, quibus ex fontibus ipse hauserit, quaerendum est. Et conspirat ille quidem maximam partem cum Marciano M; nec tamen incertum est R ex Marc. M non descriptum esse; quod vel inde apparet, quod quae in Marc. M statuendae sunt lacunae, in R non inveniuntur. Huc accedit, quod eius recensionis, quae a Veneto V pendere videtur, non pauca exstant vestigia; quam rem largioribus exemplis illustrabo:

Marc.M	Ven.V R
307, 4: *ὑποθῶμεν δόντες*	*ὑποθήκας δόντες*
313, 14: *αὐξομένοις*	*αὐξανομένοις* (del. litteris *αν* effecit *αὐξομένοις* R)
317, 6: *δύναται μὲν γὰρ ἐσκληρύνθαι μόνον ἡ σάρξ*	*δ. γὰρ ἐσκλ. μὲν ἡ. σ.* V *δ. μὲν γὰρ ἐσκλ. μὲν ἡ. σ.* R
321, 6: *πετεστέραν*	*εὐπετεστέραν*
323, 1: *ὅ τι γὰρ ἂν ἐξ αὐτῶν ἢ κακῶς ἐξ ἀρχῆς*	**ὅ τι γὰρ αὐτῶν κακῶς ἢ* (desunt v. *ἐξ ἀρχῆς*) V *ὅ τι γὰρ ἂν αὐτῶν ἢ κακῶς ἐξ ἀρχῆς* R
323, 17: *τρίτος δὲ* – spatium – *ἰδέας*	*τρίτον δὲ σκοπόν* V *τρίτος δὲ*, iam scriptum erat aliquando *δεύτερος*, hoc deleto ab altera manu suprascriptum est *σκοπός* R[2]
324, 6: *κατακόπτοντας*	*κατακύπτοντας* V *κατακύπτοντας* corr. ex *κατακόπτοντας* R[1]
324, 16: *καθάπερ*	*καθάπερ γε*
325, 7: *ὥσπερ μέσω τῶν κάτω τὲ καὶ τῶν ἄνω*	*ὥσπερ ἐν τῷ μέσω τῶν ἄνω τε καὶ* ⟨*τῶν κάτω* R⟩[1])
325, 10: *ἐν οἷς δὲ καὶ ὑγιαίνει*	*καὶ* om.
326, 1: *κοινῇ*	*κοινά*
327, 8: *ὡς εἴωθα*	*ὡς εἴωθε* V *ὡς εἴωθε* corr. ex *εἴωθα* R[1]
328, 3: *ὑπερ μέτρω*	*περαιτέρω*
328, 6: *δρόμων*	*τῶν δρόμων*
329, 17: *ἐπὶ μὲν ἀσθενοῦς δυναμένοις*	*ἐπὶ μὲν ἀσθ. δυνάμεως*
330, 4: *διαφυλάττοντι*	*διαφυλάττοντα*
331, 16: *οὐ γάρ*	*καὶ γάρ*
332, 1: *βλαπτόμενοι*	*βλαπτομένων*
333, 10: *ἐξ ἁπλῶν ζυμῶν*	*ἐξ ἁπλοῦ ζωμοῦ*
334, 2: *ὥραν*	*ὥρας*
334, 9: *οἶστρον*	*ἵστρον* V, *ἴστρον* R
335, 2: *κατὰ τὴν θίασον γῆν*	*κ. τ. θούσκων γῆν* V *κ. τ. θϊασκον γῆν*, suprascriptum *θούσκον* R
339, 2: *γεννωμένου*	*γενομένου* V *γεννωμένου* corr. ex *γενομένου* R[1]
341, 4: *σκόροδα*	*σκόροδον*
342, 17: *ὁ μὴ τοιοῦτος*	*ὁ μὲν τοιοῦτος*
344, 1: *διαβρεχόμενον*	*διαβρεχομένων* V *διαβρεχόμενος*, suprascr. fortasse ab altera manu *ων* R[2] (?)
345, 17: *ἴσχοντες*	*ἴσχοντα*
346, 7: *ζώων*	*τῶν ζώων*
349, 12: *γενέσθαι*	*παύσασθαι* V *παύεσθαι* R

[1]) Male accidit, quod photographi ut suspicor neglegentia extremae singulorum versuum litterae saepissime evanuerunt, velut hoc loco certum quidem est post *καὶ* Venetum V aliud quid exhibere; sed non liquet. Equidem conicio Venetum praebere *τῶν ἄνω τε καὶ κάτω μερῶν* omissa *τῶν* voce.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Marc.M	Ven.V R
353, 5: *κινεῖσθαι*	*κεῖσθαι*
354, 2: *ἀλόης γε*	*ἀλόγως* V *ἀλόγως γε*, in marg. *ἀλόην* corr. ex *ἀλόης* R[1]
354, 5: *ἔνιοι δὲ μόνης*	*ἔ. δὲ καὶ μόνης*
355, 12: *τῷ σταθμῷ καὶ*	*τῷ σταθμῷ δ'*
356, 11: *τῶν περὶ τὸ σῶμα*	*τῶν περιττωμάτων* V *τῶν περὶ τὸ σῶμα*, in marg. *περιττωμάτων* R[1]
358, 7: *ἐγκλίνεσθαι*	*ἐκλέγεσθαι*
358, 9: . . . *ἄσκησις*	*ἡ . . . ἄσκησις*
361, 17: *γενομένης*	*γενόμενον*
362, 8: *προσφερομένου*	*προσφερομένων* V *προσμεθα φερόμενον* (sic) R[1]
362, 12: *περαίτερον*	*περαιτέρω*
363, 13: *ὠφελουμένη τε καὶ βλαπτομένη*	*ὠφελουμένους τε καὶ βλαπτομένους*
363, 16: *βλαπτόμενοι*	*βλαπτομένων ἐνίων* V *βλαπτομένους* corr. ex *βλαπτόμενον* R[1]
363, 16: *ἐπεὶ καὶ ἐναντίαι*	*ἐπεὶ δ' ἐναντίαι*
364, 2: *διελόμενοι*	*διελομένων* V *διελομένων* corr. ex *-όμενοι* R[1]
368, 1: *εἰς αὐτόν*	*εἰς ταυτόν*
368, 11: *ἡ γενομένη*	*ἡγουμένους*
372, 7: *τί γάρ*	*τίς γάρ*
372, 15: *εἰρημένη*	*εἰρημένους* (in R. corr.)
372, 16: *αἱρεσιάρχαι ὀνομασθέντες*	*αἱρεσιαρ χ' ὀνομασθέντας* V *αἱρεσιάρχας ὀνομασθέντας* (habebat *αἱρεσιάρχαι*) R[1]
372, 17: *διὰ ταύτην*	*διὰ ταῦτα* V *διὰ τοῦτα* (sic) ex *τούτου* R[1]
373, 6: *τῶν τ' ἀληθῆ δογμάτων*	*τ. τ' ἀληθῶν δογμάτων*
373, 8: *ἄτιμον*	*ἄτοπον*
376, 15: *οὕτως πλεῖστον ἔχειν*	*οὐ τῷ πλεῖστον ἔχειν*
377, 2: *ἔργω*	*ἔργων*
378, 13: *ταῖς δυσκρασίαις*	*ταῖς ψυχραῖς δυσκρασίαις*
379, 7: deest *ἢ ψυχρότητος*	*ἢ ψυχρότητος*
379, 15: *τὸ γραμματικὸν ἔφην ὄντα Τήλεφον ἐν τῷ μηδενί*	*τὸν γρ. ἐ. ὄντα Τ. ἐν τῷ μ'* V *τὸν γρ. ἐ. Τ. ὄντα ἐν τῷ μηνί* R

Hac proposita collatione, quam quin plenam ducas non multum abest, notandum est nonnullos locos correctione in consensum cum Veneto V esse redactos. Atque est ille quidem, qui textum, qualem in Reginensi legimus, recensuit non sine aliqua specie doctrinae. Id enim apparet ex codicis novis lectionibus, quae quamquam magna ex parte reiciendae sunt, tamen haud raro ex cogitatione quadam videntur esse natae. Sed age proferamus exempla:

308, 7: *διὰ κόπους τινάς* V, *διὰ κόπους διά τινας* M, *διὰ κόπους καί τινας* (sic) R. Atqui saepius, in primis in Marc. M commutantur *καί* et *δέ* particulae. Delevit igitur ille errore perspecto pravam scripturam et superscripsit id, quod etsi in V non legitur, probari potest.

310, 17: *τῆς τέχνης ταύτης ἐστὶν ἔργα* V M, *τῆς τέχνης ταῦτ' ἔστιν ἔργα* R, quae verba hodie apud K. leguntur.

312, 10: *ἄρξασθαι δὲ δήπου δίκαιον ἂν εἴη* V, *ἄρξασθαι δέ μοί που δίκαιον ἂν ἦν* M, *ἄρξασθαι δέ μοι που δίκαιον ἂν ἦν*, in marg. *δεικνύειν* R. Receperunt *δεικνύειν* et Aldina et Basileensis, Joh. Caius in editione sua *Ὑγιεινῶν* — prodiit illa a. 1549 ex Frobeniorum officina — qui ipse gloriatur, *Galeni libros graecos περὶ ὑγιεινῶν ante valde corruptos ad aequiorem integritatis conditionem per se revocatos esse*, scripsit utrumque (*δεικνύειν δίκαιον*). Delevit demum *δεικνύειν* Charterius.

318, 6: *ταῦτ' οὖν ἐπισκεπτόμενος* V, *ταῦτά τε οὖν ἐπισκεπτόμενος* M, *ταῦτα τε οὖν βίον σκεπτόμενος* R, qua in re moneo Linacrum mendum quod inest in scriptura *βίον* vitavisse vertentem: *haec itaque considerans* (Charterius: *haec itaque in vita considerans*).

319, 17: *εὐδέμεναι μαλακῶς* V, *εὐδήμων μαλακῶς* M, *εὔδοι μέν* R. Hanc pravam scripturam, quae eadem exstat in Aldina et Basileensi, primum emendatam inveni apud L. Fuchsium in annotationibus p. 129[v].

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

320, 3: *κινδυνευούσης αὐτοῖς σβεσθῆναι τῆς ἐμφύτου θερμασίας* V M, pro *αὐτοῖς* exhibet *αὐτῆς* R. Mendum vitavit primus K.

320, 9: *αἱ μὲν οὖν μεγάλαι φλόγες* V M, *αἱ μὲν οὖν μεγάλαι φλόγες*, in marg. *φλέβες* R, quae coniectura nonne redolet doctrinam quandam?

339, 16: *τυῤῥῶν* V, *τυρῶν* M, *πυρῶν* R. Reicienda est Reginensis scriptura, etsi Fuchsius annotat utrumque recte se habere, cum et triticum et caseus obstruentis sit naturae; confirmatur *τυρῶν* et a Burgundione et a Nicolao vertentibus *casei*.

340, 16: *κατὰ τὸ δ* (super lineam ducta est iuxta *δ* lineola, ei suppositus arculus; eandem rationem ad numerum significandum in altero codice s. XIII exstare (cf. *Abhdlg. d. Berl. Akad. 1895 p. 58)*, per litteras mecum communicavit C. Kalbfleisch) *γράμμα* V, *κατὰ δὲ τὸ τέταρτον γράμμα* M, *κατὰ τόδε δὲ τὸ τέταρτον γράμμα* R. Adscripserat nisi fallor nescio quis post *δ* interpretandi causa *τέταρτον*; quo facto facile fieri poterat, ut ex articulo *τό* pronomen fieret *τόδε;* insertus deinde articulus est, quem postulavit pronomen.

341, 1: *κόπτον*$^{\tau}$ *καὶ διαττῶντ*$^{\alpha}$ *ἀκριβῶς* V (reliqui codices omnes formam plur. praebent; Nic.: *terrentes certissime et cribrantes)* ... *διάττοντας* M, *διάττοντας*, in marg. *διατάττοντας* R (correxit Charterius).

342, 13: *βέλτιον* (*μέν* M) *γὰρ εἰ καὶ τὸ μέλι τοιοῦτον εἴη* VM, *βέλτιον μὲν γὰρ ἂν κ. τ. λ.* R *optimum autem erit et si hoc mel tale fuerit* Nic. *quod mel, quod comedendum est senibus, melius esset si tale esset* Burg. Veram scripturam videtur Marc. M praebere.

343, 7: *ἀτὰρ οὖν καὶ τὰς καθ' ἧπαρ* V M, *ἀτὰρ οὖν οὐ τὰς κ. ἡ.* R, *ἀτὰρ οὖν οὗτος κ. ἡ* Chart. K. Verum nemo non videt.

360, 14: *διὰ τὴν ἡλικίαν ἀνεχομ(ένοις)* V, *δ. τ. ἡ. ἀνεχομέν(ην)* M, *δ. τ. ἡ. ἀνεχομένους* R, quod hodie apud K. exstat. Nic. reddit scripturam Marc. M, cum vertit *tollerantem.* Restituendum est *ἀνεχομένοις.*

361, 16: *ὡς ἐκμαθεῖν αὐτῆς τὰς δυνάμεις* V M, *ὡς ἐκμάθῃ αὐτῆς τ. δ.* R. Exempla infinitivi cum *ὡς* coniuncti saepius apud Galenum leguntur.

362, 6: Apud K. scripta videmus haec: *συμβαίνει δὲ ὡς τὰ πολλὰ θάτερον τούτων μᾶλλον, ὡς ἂν τῶν φύσεων ἀδιδάκτως αἱρουμένων τὰ οἰκεῖα. καὶ μέχρι γε τοσούτων προσφερόμεθα αὐτά, μέχρι περ ἂν εἰς τὴν ἀρχαίαν ἐπανέλθωσι κατάστασιν.* Codices exhibent: *καὶ μέχρι γε τοσου*$^{\tau'}$ *προσφερομένων αὐτά* V, *κ. μ. γ. τοσούτου προσφερομένον αὐτά* M, *κ. μ. γ. τοσούτου προσφερόμενον*, superscript. *μεθα* R. Restituenda Veneti V scriptura *προσφερομένων.*

374, 5: *μεγίστη μὲν οὖν διαφορὰ ταῖς εἰρημέναις ἐστὶ φύσεσι πρὸς ἀλλήλας· ἐναντιωτάτη γὰρ ἡ ὑγρὰ καὶ ψυχρὰ κρᾶσις τῇ θερμῇ καὶ ξηρᾷ· μεγίστη δὲ ἡ ψυχρᾶς τῇ θερμῇ καὶ ὑγρᾶς πρὸς τὴν ξηράν,* sic exstant verba apud K. Ac primum quidem, ne cui suspiciosus aut supervacaneus esse videatur locus, quam brevissime contextum explicare liceat: 373, 11—17 docet de calidis et siccis, inde a p. 373, 18 (*τοὺς δ' ἐναντίας ἢ κατὰ τούσδε φύσεως — εἰσὶ δ' οὗτοι ψυχροὶ καὶ ὑγροὶ τὴν κρᾶσιν* —) usque ad p. 374, 5 de frigidis et humidis. Absolvitur haec pars (374, 5): *μεγίστη μὲν οὖν διαφορὰ ταῖς εἰρημέναις ἐστὶ φύσεσι πρὸς ἀλλήλας· ἐναντιωτάτη γὰρ ἡ ὑγρὰ καὶ ψυχρὰ κρᾶσις τῇ θερμῇ καὶ ξηρᾷ.* Restat igitur, ut auctor doceat et de calidis humidisque et de frigidis siccisque; utitur autem eodem genere dicendi: *μεγίστη δὲ κ. τ. λ.* Verba, quae sequuntur, sic traduntur:

μεγίστη δὲ ἡ θερμὴ καὶ ὑγρὰ πρὸς τὴν ψυχρὰν καὶ ξηράν V
magna vero est calide et humide ad frigidam et siccam oppositio Nic.
μεγίστη δὲ τῇ θερμῇ καὶ ὑγρὰ (sic) *πρὸς καὶ τὴν ξηράν* M
μεγίστη δὲ ἡ ψυχρὰ τῇ θερμῇ καὶ ὑγρὰ πρὸς καὶ τὴν ξηράν R

Facile fieri concentum inter V et M quis non videt? Nam omnia sincera erunt, modo scripseris: *μεγίστη δὲ τῇ θερμῇ* (M) *καὶ ὑγρᾷ πρὸς τὴν ψυχρὰν καὶ ξηράν.* Exciderant enim in eo fonte, qui utriusqe codicis et M et R communis est, *τὴν ψυχράν.* Veneti V librarius adiectiva *θερμῇ καὶ ὑγρᾷ* ad nominativum *μεγίστη* traxerat; qua in re saepius erroris coarguitur. In Reginensi videtur is, qui textum recensuit, loco corrupto medelam adhibere voluisse; sensit enim in oppositione omissum esse frigidum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hae igitur Reginensis novae lectiones erant mea quidem sententia praeter unam reiciendae omnes. Nec vero nullo fructu percepto huic libro perscrutando operam dabis. Proferam, quae collegi exempla:

323, 5: *μᾶλλον* R, deest M, videtur deesse V

363, 8: *ὅσον ἂν ἑκά(στη) δυσκρ*^{ας} V, *εἰς ὅσον ἂν ἕκαστος δυσκρασία* M, *εἰς ὅσον ἂν ἑκάστη δυσκρασία* R

365, 4: *οὐ μὴν ἔγραψέ τις* VM, *οὐ μὴν ἔγραψέ γέ τις* R

372, 5: Ven.V scriptura in tabula quidem photographica vix perspicitur. Suspicatur C. Kalbfleisch exstare *θαυμ*^{ᾶ} i. e. *θαυμάσαι, θαυμάζεσθαι δ' ἐστί* M, *θαυμάσαι δ' ἐστί* R. Quidquid igitur exhibet V, lectionem non reprehendendam accentu mutato praebet R (cf. e. g. Instit. log. 28, 3: *εὑρεῖν ἔστι*, 43, 11: *ἰδεῖν ἔστι*).

Iam vero, quotiens in lacunas in M saepius hiantes incidimus, magnae utilitati est R. Hos locos nunc inspicere in animo est:

316, 9: desunt in M verba inde ab *μαλακή* usque ad (316, 11) *εἰ*. Non satis constant verba (316, 10): *λουτροῖς ἀτρέμα καὶ χλιαροῖς* Chart. K., *λ. ἀτρέμα χλιαρω*^{τρ} i. mg. *γρ. ἀραιο*^{τρ} V, *λ. ἀτρέμα καὶ ἀραιοτέροις* R, *balneis quiescibiliter tepidis* Nic., *b. quiescibiliter et raris* (Bm: *rarefactis*) Burg. Recte se habet haud dubie *ἀτρέμα* (cf. p. 439, 13: *ἀτρέμα χλιαρόν*). Ad *ἀτρέμα* exspectamus adiectivum appositum fore; hoc praestant V, Nic., nec vero persuadere mihi possum comparativo hic locum esse; Nicolaum secutus scripserim *ἀτρέμα χλιαροῖς*. Iam vero exhibent R et Burg. attributionis novam partem: *καὶ ἀραιοτέροις* R, *et raris* sive *rarefactis* Burg. Accedit quod in V *ἀραιοτέροις* lectio altera in margine annotata est. Nec inepta haec vox hic videtur esse. Est enim ille, quem Galenus fingit, rariore cute. Quare — sed liceat Galeni verbis uti (212, 1): *συναγαγεῖν οὖν αὐτὸ χρὴ καὶ πυκνῶσαι καὶ σφίγξαι πρότερον . . . συνάγει δὲ καὶ στέγει τό τε ψυχρὸν ὕδωρ καὶ τὸ ζέον κ. τ. λ.* Igitur recte dixeris balnea tepida (*χλιαρά*) rarefacere. Quodsi Galenus scripserit: *λουτροῖς ἀτρέμα χλιαροῖς καὶ ἀραιοτέροις*, altero adiectivo significaverit qualitatem, altero vim balneorum. Quae si recte se habebunt, debebimus R scripturam *καὶ ἀραιοτέροις*.

Altera lacuna in Marc. M exstat 322, 8 nec est quidquam animadvertendum. Tertia deprehenditur 322, 8: desunt verba inde ab *πρός* usque ad *ἐν γήρᾳ* (322, 10). Coarguitur autem mendi R exhibens *στοχαζόμενος* pro *στοχαζομένῳ* (V recte); correxit Charterius.

Quarta lacuna est 336, 11: desunt verba inde ab *τῇ χρόᾳ* usque ad *ὦσι* (l. 13): *τῇ χρόᾳ δὲ ξανθά* V, *τ. χ. δ. ξανθός* R; *ἴδιον γὰρ τοῦτο τῶν θερμῶν* V, *ἰ. γ. τούτων τ. θ.* R; *πολλῷ λευκοί* V, *πάνυ λευκοί* R. Quas varias lectiones si ponderaveris, reiciendus est V bis, Reginensis semel; nam recte se habent scripturae R *ξανθός* et *πάνυ*.

Quinta eaque maxima lacuna hiat 360, 7: desunt verba inde ab *ἀλλήλους* usque ad *πρὸς* (360, 12): *κατὰ τὴν ἡλικίαν αὐτ(ῶν)* V, *κ. τ. ἡ. αὐτήν* R; *ἐν τῷ μέσῳ παραβάλλειν* V, *ὡς πρὸς τὸν συμμετρον παραβάλλειν* R; *τὸ ἐν* V, *τοῦν* R. Servandae iterum sunt Reginensis scripturae, nisi quod in hiatu *τὸ ἐν* nil offendimus (cf. Minor, *De Gal. libris π. δυσπνοίας* p. 49).

Iam satis in Reginensis indolem et usum inquisitum est; nam remotis his omnibus conspirat ille mirum in modum cum Marciano M. Videtur igitur illius recensio facta esse sive ex eodem sive eius, quo Marc. M librarius usus est, exemplari simillimo. Nam tenendum est non paucis locis, ubi hodie R cum Ven.V congruere animadvertimus, fuisse antea eandem, quam Marc. M exhibet, scripturam. Qua tandem re monitus perfecit ille emendationes suas? Nataene sunt ex ipsius ingenio an patebat ei ad alterum fontem aditus? Rem diiudicare nequeo; poterit diiudicari ut spero reliquorum *Ὑγιεινῶν* librorum apparatu critico constituto. Unum quidem video: si posuerimus Reginensis librarium interdum Nicolai translationem inspexisse, non erit, cur admiremur eius correctiones, velut 327, 8 correxit *εἴωθε* ex *εἴωθα* (Marc. M), praebet Nic. *assuevit*; 335, 2: *κ. τ. θϊασκον γῆν*, suprasc. *θούσκον*, *tuscorum* Nic.; 339, 2: *γεννωμένου* corr. ex *γενομένου*, *generatur* Nic.; 354, 2: *ἀλόης γε* M,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἀλόγως V, *ἀλόγως γε,* in mg.: *ἀλόην* corr. ex *ἀλόης* R, *aloen* Nic. Hic locus imprimis notandus est; nam sinceram scripturam exhibet unus M; unde ergo hausit Reginensis librarius reponens in margine *ἀλόην*? 356, 11: *τῶν περὶ τὸ σῶμα,* in mg.: *τῶν περιττωμάτων* R. *superfluitatum* Nic. Sed quoquo modo res se habet, ad textum restituendum Reginensis ope carere non possumus.

F. De Marciani M indole et usu.

De codice M 282, quoniam multa iam praemonita sunt, satis habeo paucis exponere. Continet ille a fol. 135ʳ—145ʳ quintum *Ὑγ.* librum; in singulis paginis numerantur quadrageni septeni versus. Singulis libris videntur praemissa esse *κεφάλαια,* velut quinto: *κεφάλαια τῶ* (sic) *ὑγιεινῶν βιβλίου πέμπτου. ὅτι τῶ μήκει τῆς πραγματείας οὐ δεῖ δυσχεραίνειν. Τίνα τῶν κατὰ μέρος ἐστὶ κεφάλαια: περὶ τῆς τῶν γερόντων διαίτης ἐπὶ τῶν ὑγιεινῶν σωμάτων, περὶ τοῦ πῶς χρὴ γυμνάζειν τὰ τῶν μορίων ἀσθενέστερα: περὶ τοῦ πῶς ἀνατρέφειν τὲ καὶ αὐξάνειν δεῖ ἐπὶ τῆς αὐξητικῆς ἡλικίας: περὶ τῶν καταλοίπων τῆς γεροντικῆς ἡλικίας ἐπὶ τῶν ὑγιεινῶν σωμάτων: περὶ νοσωδῶν σωμάτων τινὰ ῥητά.* Idem argumentum invenis praemissum in V, colligimus igitur idem fuisse in archetypo.

Iam ut qualis sit Marciani indoles et usus, facilius dignoscamus, in animo est primum caput comparando cum ceteris codicibus, imprimis cum V, paulo accuratius examinare ac veram si fieri poterit Galeni scripturam restituere:

305, 1: *πέμπτον ἐνιστάμενον λόγον* V, *π. ἐνιστάμενος λ.* MR recte.

305, 3: *εἴ τινες ἄρα* (sic) *δυσχεραίνωσιν τῷ μήκει τῆς διδασκαλίας, οὐχ ἡμέτερον ἔγκλημα τοῦτ' ἐστὶ, ἀλλὰ κ. τ. λ.* V. Post *διδασκαλίας* interpunctio est in MR; deinde sic procedit oratio: *οὐ γὰρ ἡμέτερον ἔγκλημα τοῦτό ἐστιν κ. τ. λ.* Haec lectio probanda est; item vitata sunt in MR reliqua menda Veneti V.

305, 7: *ἀναγκαίως* V, *ἀναγκαῖον* M, *ἀνάγκην* R. Restituendum *ἀναγκαίως,* exhibet *necessarie* Nic.

306, 1: *τοῖς παραλείπουσιν* V, *τοῖς παραλειποῦσιν* M, *τοῖς παραλιποῦσιν* R. Veneti scriptura mihi probatur; *qui derelinquunt* Nic.

306, 3: *ὡς πολλ(αὶ) μὲν αἱ φύσεις κ. τ. λ.* V, *ὡς πάμπολλαι φύσεις* MR. Suspiciosa videtur esse V lectio *μὲν αἱ,* quippe cum actutum sequantur verba: *ὥσπερ ὡμολόγηται μέν κ. τ. λ.,* nec reddit Nic. illud *μέν,* quod priore loco V exhibet. Contra non videtur Nic. in libro suo invenisse *πάμπολλαι,* nam hoc adiectivum reddere solet scribens *quam multus.* Sed equidem suadeo, ut retineamus ea, quae exhibent MR: *ὡς πάμπολλαι φύσεις κ. τ. λ.*

306, 4: *ὅπερ ὡμολόγηται* VMR, *ὥσπερ ὡ.* Chart. K. prave.

306, 5: *οὕτω δὲ γράφουσιν οἱ πολλοὶ αὐτῶν* V, *οὕτω δ. γρ. οἱ πλείους αὐτῶν* MR *plurimi* Nic., quod videtur respondere V scripturae, quae quin genuina sit, equidem non dubito. Nam Galenus, quoniam in animo erat exprimere perpaucos medicorum pravam rationem non secutos esse, adhibuerit verba, quibus insit vis superlativi.

306, 7: *μηδὲ* (*μηδ'* M) *ἐπιδειξάμενοί ποτε* VM, *μηδὲν ἐπιδειξάμενοι* R, quod hodie apud K. scriptum est. Firmatur autem *ποτε* utriusque codicis consensu et re ipsa videtur postulari; nam Galenus dicere vult: *ne ostendentes quidem unquam* (Kalbfleisch).

306, 11: *ἀλλ' ἡμεῖς γε τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ἐπιδειξάμενοι τοῦτο καὶ πολλοὺς τῶν ἔμπροσθεν συνεχῶς νοσούντων ἀνόσους φυλάξαντες . . . οὕτως ἐπεχειρήσαμεν* recte VM: . . . *ἐπεδείξαμεν* (in *ε* correctionis vestigia) *τοῦτο καὶ τοὺς ἔμπροσθεν συνεχῶς νοσούντων ἀνόσους φυλάξαντες* . . . R Receperunt hanc scripturam editiones, nisi quod pro *νοσούντων* posuit Charterius *νοσοῦντας;* id hodie apud K. legimus.

306, 16: *τὰ ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων* V, *τὰκ τ. ἐ.* MR. Hiatus post articulum potest tolerari.

306, 17: *συμβουλεύσαντες* V, *βουλεύσαντες* MR, malim *συμβουλεύσαντες* scribens cum V facere.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

307, 1: *ὡς εἰς ἐλάχιστον συστῆναι τὸ πᾶν* V, *ὡς εἰς ἐ. συστεῖλαι τ. π.* MR. Etsi, prout in verbis *τὸ πᾶν* inesse putas aut subiecti aut obiecti vim, utraque ferri potest scriptura, aptior tamen videtur, quam exhibent MR; idem legit Nicolaus vertens: *ut in brevissimo contraheremus.*

307, 1 s: *τὰς ποιότητας ὑπαλλάξαι μόνον* V, *τ. π. ὑ. μόνας* MR. Apud Nicolaum exstat hoc loco lacuna; *solum* Burgundio. Reponendum videtur *μόνον.*

307, 3: *ἐνίους δὲ τὴν σύμπασαν αὐτοῦ ἰδέαν μεταβάλλειν* V, *ἐ. δὲ τ. σ. αὐτῶν ἰ. μεταβαλεῖν* MR. Vitata igitur vides Veneti V menda aperta.

307, 4: *ὑποθῆκας* (sic) *δόντες* V, *ὑπο θῶμεν δ.* M, *ὑποθήκας δ.* R; ibid.: *περὶ τῶν λουτρῶν* V, *περὶ λουτρῶν* MR. Equidem secutus Veneti V auctoritatem reponam articulum.

307, 5: *ἢ πλεῖον ἢ ἔλαττον* V, *ἢ πλείω τῶν ἔμπροσθεν ἢ ἐλάττω* MR, *vel plus quam ante vel minus* Nic., *vel minus aut plus quam ante* Burg. Galenus videtur dedisse: *ἢ πλέον τ. ἐ. ἢ ἔλαττον.*

307, 6: *ἢ θερμοτέροις τῶν πρόσθεν ἢ χλιαρωτέροις ὕδασι ἢ ψυχροῖς παντάπασιν ἀνόσους ἐφυλάξαμεν* V, pro *ψυχροῖς* praebent *ψυχροτέροις* MR, *vel frigidis omnifariam absque egritudine custodivimus* Nic. *vel omnino frigidis* Burg. Restituta V scriptura distinguamus orationem, ut voluit Burgundio, referentes *παντάπασιν* ad *ψυχροῖς.*

307, 9: *εἰ μήτε τὰς φυσικὰς τῶν σωμάτων διαφορὰς ἠπιστάμεθα* (*ἐπιστάμεθα* M) VM, *εἰ μή δὲ* (corr. ex *μήτε*) . . . *ἐπιστάμεθα* R, *εἰ μήτε δὲ τάς κ. τ. λ.* Ald., *εἰ μήτε δὴ τάς κ. τ. λ.* Bas. Sic hodie legitur apud K.; ex quo, quomodo vitia generentur generataque augeantur, facile cognoscitur.

307, 10: *τὴν ἑκάστου προσήκουσαν* V, *τ. ἑκάστῳ πρ.* MR recte.

308, 1: *πολὺ χεῖρον* V, *πολὺ χείρων* MR recte.

308, 2: *τοῖς δ' εἰς τὰ κ. τ. βίον συμπίπτοντα,* in margine, quem signo quodam post *βίον* posito inspicere iubemur, *ἑαυτοῖς* V; pro *ἑαυτοῖς* exhibent *αὐτοῖς* MR. Nil autem reprehendendum in *ἑαυτοῖς.*

308, 4: *καί τισιν ἑτέροις αἰτίοις τοιούτοις* V, *κ. τ. ἑ. τοιούτοις αἰτίοις* MR. Haud raro in Veneto V verba aliter atque in MR codicibus collocata animadvertis nec, utri magis fidem tribuas, semper liquet. Hoc loco dat et Burgundio et Nicolaus: *vel aliis quibusdam talibus causis;* servandam igitur puto esse verborum collocationem in MR traditam.

308, 7: *ἀλλὰ διὰ κόπους τινάς ἐπυρέξαμεν* V, *ἀ. δ. κ. διά τινας ἐ.* M, *ἀ. δ. κ. καί* (sic, accentu supra *καί* deleto) *κ. τ. λ.* R, *propter labores quosdam* Nic., *propter labores utique quosdam* Burg. Burgundio igitur legerit in exemplari suo *δή;* itaque iudico in textum recipiendam esse particulam. Discimus autem ex hoc exemplo ne Burgundionis excerpta quidem ad textum restituendum spernenda esse.

308, 10: *βουβῶσιν ἁλόντες* V, *β. ἁλῶντες* MR; correxit mendum Charterius.

308, 11: *οὔτε βουβῶνας ἔσχομεν* V, *οὔτε βουβῶνα ἐ.* MR, *nec bubonem habuimus* Burg. Nic. Non audeo *βουβῶνας* scripturam commendare.

308, 15: *μήτε βίον ἐλευθέριον ἀκριβῶς* V, *μ. β. ἀκριβῶς ἐλεύθερον* MR, *neque vitam certitudinaliter liberam* Nic., *nec vitam certissime liberam* Burg. Melius fundata videtur esse scriptura MR.

308, 17: *καὶ πολίταις ὑπηρετοῦντες* V, *κ. π. ὑπουργοῦντες* MR. Verbum *ὑπουργεῖν* mihi nondum occurrit apud Galenum, *ὑπηρετεῖν* saepissime; quare etsi paulo ante usus est substantivo *ὑπηρεσίαις,* persuadere mihi non possum lectionem V esse abiciendam.

ibid.: *ὁς* (?) *πολλοί* V, *εἰς πολλάς* MR, *εἰς πολλά* recte Bas., quod hodie legitur; *ministrantes in multis* Nic., *ministrantes in multas* Burg.

309, 1: *οὐκ ἐνοσήσαμεν* V, *οὐκ ἐνοήσαμεν* MR, corr. Bas.

309, 4: *διὰ κόπον γινόμενον* V, *δ. κ. γενόμενον* MR, quod retinendum est.

309, 11: *ὡς ἔν τε τοῖς ἔμπροσθεν γέγονε δῆλον* V, *ὡς ἔν τε τοῖς ἐ. ἤδη γέγονε δ.* MR, *iam factum est manifestum* Nic.; servandum igitur est *ἤδη.*

ibid.: *ἐλεύθερον ἑλόμενον βίον* V, *ἐ. βίον ἑλόμενον* MR, *eum qui elegit liberam vitam* Nic., *liberam vitam habens* Burg. Ex Burg. translatione videtur patere praeferendam esse scripturam *ἐλεύθερον βίον ἑλόμενον.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

309, 12: *ἔτι τε μᾶλλον ἔσται σαφέστερον* V, *ἔτι γε μᾶλλόν ἐστι σαφές* M, *ἔτι τε μᾶλλόν ἐστι σαφές* R, *adhuc autem magis manifestabitur* Nic. Veneti V scriptura genuina est; nec enim est, cur offendamus in comparativo cum *μᾶλλον* coniuncto (cf. Kuehner-Gerth I, 26).

309, 13: *εἰ θέλοι τις* V, *εἰ ἐθέλει τις* MR, scribendum *θέλοι*.

309, 15: *τοῖς ἀκριβῶς παρεσκευασμένοις* VR, *τοῖς ἀκριβοῖς π.* M; saepissime falluntur librarii casu vocis praegressae. Sequuntur verba *εἰς ὑγίειαν;* moneo autem hoc uno loco Veneti librarium usum esse forma *ὑγίεια;* ceteris locis invenitur *ὑγεία*.

ibid.: *εἴγ' ἀπέριττον* VMR recte, *εἴτ' ἀπέριττον* editiones omnes praeter Cai Britanni et Kuehnii.

309, 17: *τοῦ τε κατὰ τὸ ποσὸν καὶ τὸ ποιόν* V, *τοῦ τε κ. τ. π. καὶ τοῦ κατὰ τὸ ποιόν* MR plenius et rectius.

310, 5: *τοὺς πειθομένους* V, *τοὺς πεισθησομένους* MR, quae mendosa scriptura ab omnibus editoribus recepta abicienda est: reponendum *τοὺς πειθομένους*.

310, 6: *οὐδ' ἀντιλέγειν ἀναγκαῖον* VM, *οὐδ' ἀ. ἀνάγκη* R, *neque contradicere est necessarium* Nic.; revocandum *ἀναγκαῖον*.

310, 7: *ἐν ἑνὶ βιβλίῳ* VMR, praepositionem restituendam servavit Caius Britannus, omiserunt Aldinae editores.

310, 9: *οὕτως* (sic) *γράφοντες ὡς ἱπποκράτης ὑπὲρ αὐτῆς* V, *οὕτω γράφοντες ὑπὲρ αὐτῆς ὡς ἱπποκράτης* MR, *ita scribentes de ea ut y.* Nic. Retinebimus ergo MR verborum ordinem.

310, 10: *ἐν τῷ πρώτῳ καὶ γενικωτάτῳ κεφαλαίῳ ἐνδεικνύμενος* V, *ἐν τοῖς πρώτοις καὶ γενικωτάτοις κεφαλαίοις ἐνδεικνύμενος* MR, *in primis et generalissimis capitulis ostendens* Nic., quem locum ex Nicolai translatione attuli, non quo res esset dubia, sed ut, quanta fide dignus esset Calaber, denuo cognosceretur.

310, 17: *τῆς τέχνης ταύτης ἐστὶν ἔργα* VM, *τῆς τέχνης ταῦτ' ἐστὶν ἔργα* R, *huius artis opera sunt* Nic., *huius artis hec opera sunt* Burg. Galenus dedit procul dubio *τῆς τέχνης ταύτης*.

311, 1: *γηράσαντα μέχρι πλείστου ταῖς αἰσθήσεσιν ἀπαθ(ῶς) ὑγιαίνοντα διὰ παντ(ὸς) ἄνοσον ἀνώδυνον ὁλόκληρον, εἴ γε δὴ μὴ παντάπασιν ἐξ ἀρχῆς νοσώδ(ους) εἴη τετυχηκῶς* (sic) *σώματος* V, *διὰ πάντων* MR; post *διὰ πάντων* add. *φιλάττεσθαι* M, *φυλάξαι* R; *εἴ γε μὴ καί* M, *εἴ γε μὴν μή* R; *νοσώδη εἴη τετυχηκὼς σώματα* M. In editione K. scriptum est: *διὰ πάντων φυλάξαι . . ., εἴ γε μὴ* (*εἴ γε μὴν μή* Ald. Chart.) *νοσώδης εἴη τετυχηκὼς σῶμα* (sic iam Ald. reliquaeque editiones praeter Cai Britanni). Emendatior exstat locus in omnibus codicibus corruptus apud Caium Britannum: *ταῖς αἰσθήσεσιν ἀπαθῶς ὑγιαίνοντα διὰ παντὸς φυλάξαι ἄνοσον, ἀνώδυνον, ὁλόκληρον, εἴ γε μὴν μὴ παντάπασιν ἐξ ἀρχῆς νοσώδους εἴη τετυχηκὼς σώματος.* Suadeo, ut pro *φυλάξαι* Marciani M recipiamus scripturam *φυλάττεσθαι* (dat ille *φιλάττεσθαι*); mihi quidem aptior videtur esse praesentis temporis infinitivus, quem et Nicolaum et Burgundionem legisse verisimile est; ille enim dat *servare*, hic *servari*. Deinde pro *εἴ γε μὴν μὴ* scribamus *εἴ γε δὴ μή*. Summam ut conficiam: ex utroque codice ad locum restituendum percepimus fructus.

311, 3: *ἀλλ' ἐγὼ καὶ πάνυ μοι δοκῶ ὑγιεινοὺς φύσει θεάσασθαι παμπόλλ(αις) νόσοις ἁλισκομένους καὶ τελευτῶντα δή κατά γε τὸ γῆρας* V, post *δοκῶ* ins. *τινας* MR; *φύσεως* M; *θεᾶσθαι* MR (inde *τεθεᾶσθαι* Chart. K.); *τελευτῶντας* MR; *δή* M, *δέ* R. Restituendus igitur est locus sic: *ἀλλ' ἐγὼ καὶ πάνυ μοι δοκῶ τινας ὑγιεινοὺς φύσει θεάσασθαι παμπόλλαις νόσοις ἁλισκομένους καὶ τελευτῶντας δή κ. τ. λ.*

311, 8: *ἀπηρώ(τους) διατελέσαι μέχρι γήρως ἐσχάτου* V, *ἀπηρώτους διατελέσθαι μ. γ. ἐσχάτης* M, *ἀ. τετελέσθαι* (priore *τε* deleto suprascr. *διά*) *μέχρι γήρους ἐσχάτου* (corr. ex *-ης*) R. Emendavit Charterius *διατελέσαι* restituens.

311, 9: *ἅπασι μορίοις τοῦ ζῴου ὑγιαίνοντα* V, *ἁ. μ. τοῦ σώματος ὑ.* MR. Exhibent *corporis* Burg. Nic. Suspicor memoriam notissimi Aristotelis libri *περὶ ζῴων μορίων* librarium nescio quem in errorem induxisse.

311, 10: *ἀρίστης φύσεως τυχόντα* VM, *ἀ. φ. ταῦτα* R. Sincera lectio exstat in Charteriana.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

311, 11: *κατὰ τείνεσθαι δὲ ταῖς ὀδύναις λιθιῶντα* V, *κατατήκεσθαι* MR, *liquari* Burg. Nic. Equidem cum MR faciam servans *κατατήκεσθαι*, id enim optime quadrare videtur ad verba paulo supra conscripta (311, 5): *τελευτῶντας δὴ κατά γε τὸ γῆρας ἀνιάτοις περιπεσεῖν πάθεσιν.*

311, 14: *ταῖς αὐτοῦ χερσί* V, *ταῖς ἑαυτοῦ χερσίν* M, *ταῖς ἑαυτῶν* (supra *ων* legitur *ου*) *χερσίν* R; recte *ἑαυτοῦ*.

311, 16: *ἀπονίζοντος* VM, *ἀπονίζοντος* (sic) R.

311, 17: *ἑλέσθαι δή* VMR editiones omnes praeter K., in qua *δή* omissum est.

312, 2: *τόν γε πόνον οὐκ ἐχρῆν ὑπερορᾶν, οὕς κ. τ. λ.* V, *τῶν γε πόνων* recte exhibent MR.

312, 3: *ὡς ὑπὸ δημίων* V, *ὥσπερ ὑπὸ δημίων* M (item R, correctione facta). Scripserim equidem *ὥσπερ*, nam minus videtur haesitare in pronuntiando lingua.

312, 5: *ἀναγκαῖον αἰτιάσασθαι* V, *ἀ. αἰτιᾶσθαι* R; scriptura *αἰτιᾶσθαι*, quoniam sequitur *ἐπανορθοῦσθαι*, probanda est.

Ponderati sunt in hac primi capitis recensione duo codices adhuc ad textum restituendum non adhibiti. Ac Marciani M quidem memoriam maxima ex parte per Reginensem, qui ex simillimo fonte — ex eodem non audeo dicere — hausit, fluxisse in editiones vidimus. Nec tamen raro animadverteris eum aeque ac Venetum V sinceram conservavisse scripturam (306, 4: *ὅπερ*, 306, 7: *μηδ' ἐπιδειξάμενοί ποτε*, 306, 11: *πολλοὺς τῶν . . . νοσούντων*, 307, 9: *εἰ μήτε τάς κ. τ. λ.*, 310, 6: *ἀναγκαῖον* 310, 17: *τῆς τέχνης ταύτης*, 311, 10: *τυχόντα*), quin inveniuntur loci, quibus uno ex Marc. M medela petenda videatur (cf. 311, 1: *φυλάττεσθαι*, 311, 14: *ἑαυτοῦ*). Quare equidem non dubito, quin qui huic codici perscrutando strenue operam navaverit, nonnullos fructus nondum carptos percepturus sit, modo ne nimia spe elatus ad rem accesserit.

At vero opimam ac plenam subvehet ille messem ex Veneto V, uberiorem hercle, quam quae hoc in horreo recondatur. Id certe audeo dicere, etsi inter multos bonos huius codicis fructus inveniri non paucos cassos atque fallaces non ignoro. Quare ut praecipiant quidem animis, quorum interest scire, quanta huius codicis praestantia sit, satis habeo nonnullas novarum lectionum enumerare nulla aut brevissima annotatione adiecta.

G. De Veneti V praestantia.

319, 7: *οἷον αὐτίκα περὶ γήρως· τὸ γῆρας κ. τ. λ.* Vulg., *οἷον αὐτίκα τὸ γῆρας* V, *ut puta senectus* Nic. Verba *περὶ γήρως* haud dubie ex margine in textum irrepserunt

320, 5: *περὶ ὧν εἴρηται καὶ Ἱπποκράτει* K, post *εἴρηται* praebet *γε* M, *τε* R, *που* V.

320, 12: *οἱ κάμνοντες* Vulg., *οἱ ἀκμάζοντες* V. In Iuntina ad hunc locum annotata vides haec: *praeter fidem antiquissimi codicis ex ipso contextu apparet non legendum esse κάμνοντες, sed ἀκμάζοντες.*

320, 17: *ἐσαρκώσαμεν* Vulg., *εὐσαρκώσαμεν* V.

321, 8: *οὕτω τοι καὶ διαιτώμενοι νέοι τε πολλοὶ τῶν ἀτροφούντων ἐσαρκώθησαν, οἵ τε γέροντες ὠνίναντο πάντες* Vulg., *οὕτω τοι καὶ διὰ τὸ πιττοῦσθαι νέοι πολλοὶ τ. ἀτρ. ἐσαρκώθησαν, οἵ τε γέροντες ὀνίνανται πάντες* V, *ita etiam per piccationem iuvenes et multi atrofantium carnositati sunt et senes iuvantur omnes* Nic. Cf. de rat. med. X 997, 15: *ἐπιτήδειον δ' αὐτοῖς ἐστι καὶ τὸ πιττοῦσθαι δι' ἡμερῶν ἤτοι τριῶν ἢ τεττάρων. κάλλιστον γὰρ τοῦτο φάρμακον εἰς σάρκωσιν.* Reponendum est quoque *ὀνίνανται* pro *ὠνίναντο.*

325, 4: *ἐπεὶ τῶν ἄλλων τις ἀπείργει σκοπῶν* Vulg., *εἰ μὴ τ. ἀ. τ. ἀ. σκ.* V.

330, 14: *οὐ πάνυ τι τῶν τοιούτων ζητήσεων φροντίζοντας βωμολόχων προσερχομένων* Vulg., *οὐ πάνυ τι τῶν τοιούτων φροντίζοντες ζητήσεων μέχρι λόγου προερχομ(ένν)(ων)* V. 'Fragen, die sich nur auf den Ausdruck erstrecken' intellegit C. Kalbfleisch; idem *φροντίζοντας . . . ἐπίστασθαι δὲ χρὴ* tolerari posse putat collatis exemplis, quae collegerunt Kuehner et Gerth II 2 § 490, 4 et § 532, 1 adnot.

331, 8: *ἐργάζεται* Vulg., *ἐργάσεται* V.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

340, 4: Desunt ceteris in codicibus graecis, quae Venetus exhibet post *κητωδῶν*: *ἐπιτήδειον, ὥσπερ οὖν οὐδὲ τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων μυκήτων, idoneum eis est, quemadmodum neque terre nascentium fungorum* Nic.

340, 15: *ὑπὲρ* (*περὶ* M) *οὗ τῆς συνθέσεως* Vulg., *οὗ τὴν σύνθεσιν* V.

342, 5: *κακόχυμα* Vulg., *παχύχυμα* V.

342, 5: *καὶ εἴ γε μὴ . . . ἐμίγνυτο, οὐδὲν ἂν ἦν* Vulg., *καὶ εἴ γε μὴ . . . ἐμίγνυτο, οὐδὲν εἴη ἄν* V. Ante particulam *ἄν* hiatum admissum esse demonstravit Minor: *De Gal. libris π. δυσπνοίας* p. 50.

344, 14: *τὰ ὑποκείμενα* M, *τὰ ἐπικείμενα* R editiones, *τὰ ὑπερκείμενα* V recte.

344, 16: *ἄλλον* post *καί* deest Vulg., *καὶ μὲν δὴ καὶ ἄλλον . . . οἶδα* V.

345, 8: *τῶν μὲν ὠφελίμων ἀπολαύουσιν οὗτοι* Vulg., post *ὠφελίμων* praebet *ἐκ γάλακτος* V.

346, 3: *εἴρηνταί τινες ἀγάλακτοι νομαί* Vulg., *εὐγάλακτοι* V, *pascua bonilactea* Nic. *Ἀγάλακτοι νομαί* sunt pascua, quorum herbis, ne satis lactis pecori gignatur, impeditur. At id refert dicere, utrum bonum an malum lac gignatur.

349, 6: *πρὸς δὲ τὰς τῶν λίθων γενέσεις ταῦτα* (*ταυτό* M) Vulg., *πρὸς δὲ τὰς τῶν λίθων γενέσεις ταύτην* V (scil. *τὴν δίαιταν*).

367, 2: *διατρίβοντι τὸ πλεῖστον* Vulg.; post *πλεῖστον* add. *τῆς ἡμέρας* V.

367, 8: *μὴ πυρέττειν μετὰ μίαν ἡμέραν ἀλουσίας* Vulg., post *πυρέττειν* inseruit *αὐτίκα* V.

367, 12: *ἐν οἷς ἱδροῦν ἠναγκάζετο. διὰ τοῦτο* Vulg., interpunctione sublata: *καὶ διὰ τοῦτο* V.

369, 1: *οὐκ αἰσθανόμενοι τῆς βλάβης* Vulg., *οὐκ αἰ. τῶν τῆς βλάβης αἰτίων* V.

373, 16: *πολέμιον δ' αὐτῶν ἐστι* Vulg., *πολέμιον δ' αὐτοῖς καί* (non *ἐστι*) V.

375, 10: Ad morbos, qui enumerantur, addit V post *αἱμορραγίαις* hos: *αἵματος πτύσεσι, ποδάγραις.*

Magnopere autem erraveris, si oculis tuis plenum novarum lectionum indicem oblatum esse opinatus eris, immo quae mihi cursim plagulas percensenti occurrerunt, ea decerpsi. Quae cum ita sint, pro certissimo affirmo novam huius libri editionem in hoc Veneti fundamento potissimum esse ponendam.

III. De translationibus latinis.

Exstant permulti codices latini, qui interpretationem vel potius translationem huius libri continere feruntur. Dispersi sunt longe lateque, reconditi sive in monasteriis sive in bibliothecis; quorum indicem invenis apud Dielsium, sed supra unius hominis vires est omnes cognitos habere. Equidem fateor plurimos in notitiam meam non venisse[1]) neque vero multum abest, quin dicere audeam nullum fore, qui quidquam novi me doceat. Libris enim de sanitate tuenda transferendis quantum scio operam navarunt aetate media duo viri: Burgundio, iudex Pisanus, et Nicolaus Reginus. Ille vero opus suum ita instituit, ut sextum quidem librum transferret integrum, ex reliquis excerpta tantum redderet, hic Burgundionis opere respecto abstinuit a sexto libro transferendo, at quinque priores denuo recensuit suo exemplari Graeco diligentissime adhibito addiditque de suo, quaecunque deesse viderentur. Quae cum ita sint, incides in bibliothecis aut in translationem *Ὑγιεινῶν* plenam et integram, i. e. in quinque libros a Nicolao translatos, in sextum a Burgundione, aut Burgundionis invenies totum opus, i. e. ex quinque libris prioribus excerpta, integrum sextum. Ea, quae dixi, argumentis nunc quantum fieri poterit rationibusque comprobanda sunt.—

Ab iis, qui bibliothecae Erfurtensi praesunt, petivi, ut mihi Amplonianum codicem F 249 s. XIII transmitterent; quo libro recepto cognovi sextum tantum librum plenum et integrum esse, quinque priores redditos excerptis; continentur enim hi fol. 109—121, ille fol. 121—126. Subscripta toti operi haec leguntur: *Finis sexti sermonis hygiene i. sanatois* (sic!) *custoditive artis a*

[1]) Fefellit spem cod. Lips. 1136 (Repos. med. I 22); quem cum inspicere coepissem, cognovi non continere libros de sanitate tuenda, ut est in catalogo, sed duos (I. II) de ratione medendi. Deceptus est ille, qui titulum inscripsit, inde, quod verba *π. θερ. μεθ.* reddita sunt: de sanitatis ingenio. *Ὑγιεινῶν* autem operi media quidem aetate titulus est: de sanitatis regimine.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf